



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 78. Vergerius Tridentum delatus, & per Legatos a Synodi functionibus exclusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. seu inde, quod eorum libros confutan.
A.C. 1546. di studio incumbens ob ingenii imbecil-

litatem seductus fuerit, novæ sectæ no-
men dedit, suumque fratrem Joannem
Baptistam Vergerium Juliæ-Pietatis E-
piscopum eodem veneno infecit: Am-
bo itaque suum quisque gregem Luthe-
ri erroribus imbuendi consilium inie-
runt, atque id etiam impia fidelitate ef-
fectui dederunt. Verum Annibal Gri-
sonius hæreticæ pravitatis Inquisitor
Religionis studio animatus hæreticis
progressibus tam in Julianensi, quam Ju-
stinopolitana Dioceſi obicem ponere,
tanta animi constantia fategit, ut Pau-
lus Vergerius in urbe sua haud ultra tu-
tum sibi asylum relinqu ratus Mantuam
ad Herculem Gonzagam confugeret:
nec ibi diu impunem se fore cernebat,
eoquod Joannes de Casa Pontificius apud
Venetos Legatus Herculem, ut hunc ho-
spitem de fide suspectum dimitteret, fer-
vidis adeo precibus urgeret, ut Vergerius
Mantua excedere, consultissimum fore
censeret.

§. LXXVIII.

*Vergerius Tridentum delatus, & per
Legatos a Synodi functionibus
exclusus.*

Attamen adeo non calamitatem, quam
sibi metiſi accersiverat, seria tum
men-

mente perpenderat, ut etiam Tridentum Sæcul. XVI:
 pergere non dubitaret, eo animi propo- A.C. 1546.
 fito, ut ibidem delicto suo excusationem
 obtenderet: cum autem Legati eundem Pallav. l.c.
 tanquam de hæresi suspectum Romam Fra Paolo
 fuisse citatum intelligerent, aditum ei hoc anno.
 ad Congregationes intercluserunt, fal- Sleid. l. 21.
 tem tamdiu, usque dum coram Sede A-
 postolica innocentiam suam vindicasset,
 quapropter illum, ut Pontificem adiret,
 hortabantur, nec forte hisce monitis
 contenti fuissent, nisi violatae libertatis
 in Synodo promissæ calumniam timui-
 sent. Itaque Vergerius, cum se præter
 exspectationem suam a jure inter Patres
 sedendi exclusum cerneret, Tridento di-
 scepsit, obtinuit tamen a Papæ Legatis
 commendatitias literas adeo efficaces,
 ut veniam impetraret se Romæ non si-
 stendi, commissa ejus caussa Joanni de
 la Casa Legato ac Patriarchæ Veneto:
 cum vero Vergerius ibidem appulsus
 haud ignoraret, quod ambo hi Episcopi
 in eum judiciariam caussam instruere
 iussi essent, aliunde vero ipse suos erro-
 res abjurare nullatenus intenderet, hinc
 relicta Italia in Rhætiam inter hæreti-
 cos se recepit, palamque Lutheri sectam
 professus est (*).

§. LXXIX.

(*) Quænam in hac historia de Vergerii fato
 falsa a Paulo Sarpio ac Sleidano narrentur, lege
 sis apud Pallavicinum loc. cit.